

R. J. in 6. Tum quia exceptio unius firmat Regulam in contrarium per dicta n. 64. Tum quia accedit exemplum Legis veteris, ubi non tantum pro Judæis, sed etiam pro peregrinis erat locus Asyli, Josue cap. 20. Quo nomine veniebant etiam Gentiles, ut patet ex Reg. 3. cap. 8. Exodi cap. 12. Levitici cap. 17. 19. & 24. cum ergo ad similitudinem Legis veteris Jus Asyli in nova fuerit constitutum, non debet esse minoris favoris, præsertim quia nova dicitur Lex gratiæ. Tum tandem, & vel maxime quia ita declaravit S. Congregatio 1631. teste Barbosa Jo. cit.

78 Nec obstat, quod L. 1. C. de His, qui ad Eccles. confug. habeatur, hos non gaudere Jure Asyli, nisi anticum se convertendi habeant. Nam contra est, quod Lex Civilis, in quantum nominatim disponit de Ecclesiis ac Ecclesiasticis personis, sit invalida, ac minime attendenda, etiam si Ecclesiarum commoda respiciat, & favorem, uti expresse statuitur c. Ecclesia S. Marie de Constitut. multo magis ubi vergit in ejus præjudicium, uti est L. 1. C. de His, qui ad Eccles. confug. in quantum restringit Immunitatem Ecclesiarum à SS. Canonibus indistinctè concessam. Nec juvat dicere Leges Civiles in materia Immunitatis esse canonizatas, c. Inter alia. 6. h. t. ubi præscribitur, ut procedatur in hac materia juxta SS. Statuta Canonum, & traditiones Legum Civilium, cui concordat ean. Id constituitur, cau. 17. q. 4. Nam respondetur, Leges Civiles esse canonizatas in eo, in quo non minuant, ac restringunt Immunitatem Ecclesiarum, sed in eo, in quo eandem restringunt, eique præjudiciale existant, ut in præsentibus.

79 Dices. Non est dignus, ut ab Ecclesia defendatur, qui Ecclesiam contemnit, arg. c. fin. h. t. at qui Inimicos Ecclesiam contemnunt; ergo. Resp. Majorem non universaliter procedere, aliis enim etiam Excommunicati, qui utpote inobedientes ac contumaces vel maxime videntur contemnere Ecclesiam, non gaudent Asylò, quod tamen falsum, & contra ipsos Adversarios est, ut patet ex dictis n. 55. Item quod committentes alia crimina v. g. furtum, adulterium &c. in Ecclesia non gaudent Asylò, quod rursus plures negant Adversarii; ergo. Procedit ergo Maj. ad præsens solummodo eo in casu, quo quis committat homicidium, aut mutilationem in ipsa Ecclesia, aut loco sacro, arg. cit. c. fin. h. t. & magis patebit infra § seq. Accedit, quod licet Inimicos sint indigni favore Ecclesie, si spectatur eorum persona, tamen eodem censeantur digni, si consideratur sanctitas loci, & reverentia ei debita, ob quam competit Jus Asyli.

80 Resp. II. Etiam Hæretici gaudent Asylò, si non propter crimen hæresis, sed ob aliud delictum fugiunt ad Ecclesiam, aut alium Religiosum locum. Sylvester v. Immunitas. 3. q. 3. Pirhing h. t. nu. 40. Hauptoldus de Jur. & Justit. Tom. 6. tr. 1. n. 161. Sannig h. t. cap. 2. n. 7. Zoëlius h. t. n. 16. Gutierrez præf. 99. Civil. lib. 3. q. 1. n. 28. & alii contra Covarruviam cit. cap. 20. n. 11. Probatur Conclusio iisdem argumentis, quibus præcedens. Quibus non obstat Bulla Gregoriana, ubi ab Asylò excluduntur hæresis Rei. Resp. enim quod in casu, quo hæreticus non ob hæresin, sed ob aliud crimen fugit ad Ecclesiam, hæresis se habeat merè per accidens; nec Constitutio Gregoriana hæreticum excludit, nisi quatenus per locum Asyli declinare vult penam ob hæresin infligendam.

81 Hinc in Germania ubi hæretici tolerantur, nec ob hæresin quis quid patitur, hæc sententia passim prædicatur. Quæ tamen in aliis locis, ubi est S. Inquisitionis Officium, vix prodesset, hoc ipso, quod hæretici ibidem non tolerantur, sed ubi sciuntur, etiam è loco sacro extrahantur: nam postquam le-

g timè sunt extracti, utique poterunt dein etiam ob alia delicta extra locum sacrum condemnari, ac puniri; cum nihil amplius obest.

Fieri solet contra hæc Conclusionem objectio posita num. præced. sed solvitur eodem modo, quo ibidem.

Dixi notanter, si non ob hæresin; ob hæc enim si ad Ecclesiam confugit hæreticus, certum est, eum non gaudere Asylò, ut patet ex §. seq.

§. IV.

De Criminibus, quæ gaudent, vel non gaudent Jure Asyli. In specie de Latrone, Grassatore, Depopulatore Agrorum, & occidente, vel mutilante in Ecclesiis, vel Cæmeteriis.

SUMMARIUM.

- 82 Bulla Gregorii XIV. de Jure Asyli.
- 83 Obligat omnes, & ubique. Et duobus n. seqq. Ex Proximo colligitur finis Legis. Ibid.
- 86 Promulgatio Legis Romæ facta, sufficit ad obligandum ubique.
- 87 Observatio practica adversus contrarium docentes.
- 88 Omnia crimina specialiter non excepta gaudent Asylò.
- 89 Excepta quæ sint?
- 90 Publicus Latro caret Asylò: quis sit?
- 91 Requisita ad publicum Latronem. Et duobus n. seqq.
- 94 Grassator viarum caret Asylò: quis sit?
- 95 Violenter spoliantes domos, carent Asylò.
- 96 Non item fures.
- 97 Depopulator Agrorum quis sit? caret Asylò.
- 98 Etiam diurnis.
- 99 Item qui in Ecclesiis, vel Cæmeteriis occidunt, aut mutilant.
- 100 Mutilatio ad propositum quid?
- 101 Vulneratus in Ecclesia gaudet Asylò.
- 102 Qui existens extra Ecclesiam existens in Ecclesia occidit, vel mutilat.
- 103 Aut fieri mandat, non gaudet Asylò. Et duobus num. seqq.
- Mandati effectus potius imputatur mandanti, quam executori. Ibid.
- 106 Qui existens in Ecclesia occidit vel mutilat existens extra.
- Vel id fieri mandat, non gaudet Asylò. Et num. præced.
- Prope Ecclesiam in Porticu v. g. vel in orto Monasterii occidens gaudet Asylò. Et duobus num. seqq.
- Dictio Ipse est personalissima.
- Examinatur Declaratio Clementis VIII.
- Ob furtum, vel alia delicta in Ecclesia commissa, nullus privatur Asylò.

PRO hujus Paragraphi, sicut & totius Tituli præsentis de Immunitate majori intelligentia necessarium est scire Bullam Gregorii XIV. Cum aliis, editam Anno 1591. quæ est in Bullario Cherubini ordine 7. Constitutio dicti Pontificis, cujus Tenorem hic per extensam subjungo.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuum Rei memoriam.

Cum aliis nonnulli Prædecessores nostri, & præsertim felix record. Sixtus Papa V. nec non Pius etiam V. sancto zelo ducti, diversas facultates & indulgentias extraxerint etiam in casibus quibusdam à Jure non permissis, ex Ecclesiis criminosos, & delinquentes, compluribus secularibus Principibus, eorumque Curis, & Magistratibus sub variis modis & formis concesserint, prout in illis plenius continentur.

§. 1. Experientia postmodum docuit, tum ob diversitatem & differentiam hujusmodi indulgentiarum, tum quia plerique eorundem Principum Ministri, ex hoc ipso diversimodè, etiam latius, quàm par erat, & ad suum libitum interpretandi occasione arripuerunt, illique abuti coeperunt, subortam esse non mediocrem in aliquibus locis, Libertatis, & Immunitatis Ecclesiasticæ perturbacionem, & confusio-nem: alibi verò ne ipsos quidem Laicos indultis hujusmodi uti voluisse, aut potuisse, quod populis inveterata erga Ecclesias reverentia devotus & assuetis, scandali potius, quàm quietis occasionem præberent. Illud etiam asquandum sæpenumè secutum est, ut infime intereum conditionis Laici, non modo Juris, sed etiam literarum penitus ignari & imperiti, dum quasi Possesses, & Ministri Curie secularis in aliquo Castro, aut Oppidulo Jusisdictionem exercebant, facultatem & indultorum hujusmodi limites longè excesserint, eorumque suo arbitratu in sensus minus rectos, & ad intentionem consequentis omninò alienos detorserint, & illorum prætextu, quidquid sibi in mentem venit, ausuere præsumserint, in grave Jurisdictionis, & Immunitatis Ecclesiasticæ prejudicium, Locorum, & Personarum divino cultui dicatarum contemptum, ipsius divine Majestatis offensam, & scandalum plurimorum. Quare pro commisso nobis à Domino Pastoralis officii munere, prædictis absurdis, & scandalis obviare, ac differentias hujusmodi ad uniformem regulam reducere, omnimodè dubitant, ac perperam interpretandi occasione dilicidè declarationem submovere, abusus tollere, & ne Ecclesiastica Jura planè conculecentur, & negligantur; opportunè providere decrevimus, prout etiam dictus Sixtus V. Prædecessor noster iisdem de causis motus, statuere decreverat, licet morte præventus, hoc adimplere nequivisset; ita tamen, ut quando præsens temporum calamitas, & nimia, que jam invaluit perverforum hominum malitia id exposcit, aliquid etiam ad errorem delinquentium, & ad coercenda eorum facinora, ultra id, quod præca illa Majorum nostrorum disciplina, & vetus Sacrorum Canonum norma præscripserat, in quibusdam casibus, congruè moderacione adhibita, permittamus.

§. 2. Hæc itaque nostra perpetuè validurà Constitutione, omnia, & quæcumque privilegia, indulgentias & gratias, tam per dictum Sixtum, ac Pium V. quàm alios quoscumque nostros Prædecessores, aut nosmetipsos, Sedemque Apostolicam, ejusque Legatos, super abducentis, vel extrahentibus ab Ecclesiis, Monasteriis, Sæcellis, Dombus Regularibus, Lotisque sacris, aut Religiosis, aliisque in casibus Jure permissis, hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminum reis, aut fraudulentis decoloribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publicâ, & ex causis urgentissimis, ac necessariis, & equipollentibus casibus, in Jure expressis, atque ex partibus, identitate, aut majoritate rationis extensis, perpetuè, vel

ad nondum elapsam tempus, quomodolibet concessa, etiam iteratis ac multiplicatis vicibus approbata, & innovata, ac usu recepta, literarumque Apostolicarum sub plumbò, aut in forma Brevis, seu alia quomodocumque desuper concessas, quarum tenores hic haberi volumus pro expressis, ac ad verbum inferis, sublatè penitus omni differentia, ita ad unam tantum formam reducimus, & moderamus.

§. 3. Ut Laici ad Ecclesias, Locaque Sacra & Religiosa prædicta confugiuntibus, si fuerint publici Latrones, viarumque Grassatores, qui itinera frequentata, publicasque vias obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur: aut Depopulatores agrorum, quive homicidia, aut mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumque Cæmeteriis committere non verentur; aut qui proditorie proximum suum occiderint, aut assultum, vel hæresin, aut læsæ Majestatis in personam ipsiusmet Principis rei; immunitas Ecclesiastica non suscipiatur. Sed universis & singulis Venerabilibus Fratribus nostris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, caterisque Ecclesiarum, Monasteriorum Prælati, tam Secularibus, quàm celsissimis Ordinis Regularibus, districtè præcipiendo mandamus, & præcipimus, ut Laicos in casibus prædictis delinquentes, ad eorum Ecclesias, Monasteria, Domos, & alia loca supra dicta sacra, seu Religiosa, respectivè confugiuntibus, & in eis se recipientibus, atque morantibus, qui prædicta delicta, eorumque aliquod iudicio suo commissis videbuntur, quando à Curia seculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Ministris & Officialibus Curie secularis absque Irregularitatis nota, aut aliquo Censuræ Ecclesiasticæ incurso, tradi & consignari curent, & faciant & quilibet eorum curet, & faciat.

§. 4. Ne autem Curie seculares prædictâ Ministri facultate illos per se & propriâ autoritate extrahant & abducenti, sibi olim, ut presertim, attributa, & per præsentem revocata abstantur, Volumus, distaque auctoritate decernimus, & declaramus, ut Curia secularis, ejusque Judices & Officiales, ab Ecclesiis, Monasteriis, Locisque Sacris prædictis Laicum aliquem, ut presertim delinquentem, in nullo ex casibus supra dictis sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis, & cum intervenitu Personæ Ecclesiasticæ, ab eo auctoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, etiam alii Ordinarii sint, aut nullius Diocesis, aut Conservatores ab hac Sede specialiter vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem casu in loco exempto, & nullius Diocesis, tunc ad Episcopum viciniorum devolvatur hæc cognitio, & non ad alios: capere, extrahere, aut incarceratione non possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dicitur Personæ Ecclesiasticæ requisitus, illos in delictis superius expressis culpabiles tradere, aut capturas & incarcerationi intervenire, & assistere verusurint, tuncque reverentia Ecclesie, & Locis sacris debite memores, prædictos delinquentes, minori, quo id fieri poterit, scandalo & tumultu extrahere curent.

§. 5. Quodque delinquentes Laici prædicti, postquam, ut presertim, ab Ecclesiis locisque extracti & capti fuerint; ad carceres, Curie Ecclesiasticæ renoni, & inibi sub tuto & firmo carcere, ac opportuna custodia, datâ illis, si opus fuerit, per Curiam secularem, detineri debeant, nec inde extrahi: Curieque seculari prædictæ consignari, nec tradi possint, nisi cognitio prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, aut ipsi verè crimina superius expressa commiserint: tuncque demum de mandato Episcopi per Judicem Ecclesiasticum Curie seculari, quacumque appellatione sepositâ consignentur.

§. 6. De crimine verò heresis cognitio ad Forum Ecclesiasticum nota pertinet, neque in ea Curia secularis se quoquo modo intromittat.

§. 7. Sicuti etiam prohibemus, ne contra Ecclesiasticas personas, seculares, aut cuiusvis Ordinis vel Militie etiam S. Iovannis Hierosolymitani Regulares, quoquo modo etiam vigore prædictorum privilegiorum, indultorum, aut concessionum, que omnia ad terminos iuris per præsentem reducimur, procedant, aut se intromittant, illasve ab Ecclesiis, Monasteriis, Domibus, Locisque Sacris, aut Religiosis, etiam in casibus in hac Constitutione expressis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad Forum Ecclesiasticum pertinentibus, aliis quàm de iure, & per privilegia eisdem Ordinibus, Abbatibus concessa permittitur, quomodolibet, præsumant.

§. 8. Quod si quis quocunque dignitate, & auctoritate præditus, præmissorum, aut alio quovis prætextu quidquam præter, aut contra hujus nostre constitutionis tenorem attentare præsumserit, declaramus, eum i. fo. facto Censuras & penas easdem incurvere, que contra Libertatis, Iuris, Immunitatis Ecclesiasticæ violatores, per sacros Canones, & Conciliorum Generalium, nostrorumque Prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ.

§. 9. Sicque per quoscunque Iudices Ordinarios, vel Delegatos, etiam casuorum Palatii Apostolici Auditores, S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cultibus quâvis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, in quavis causa & instantiâ iudicari & definiti debere; nec non irritum decernimus & inane, si secus super his per quoscunque quâvis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus præmissis tam Sixti, & Pii V. quàm aliorum quorumcumque Prædecessorum nostrorum Litteris Apostolicis, privilegiis, indulgiis, & facultatibus, quibusve personis, etiam Imperialis, Regiæ, Ducalis, aut aliâ quavis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebus publicis, Dominis, Regnis, Provinciis, Civitatibus, Terris, & Locis, eorumque Curis, Communitatibus, Universitatibus, Collegiis, aut Præfidentibus, Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicariis, Postulatibus, aliisque Magistratibus, Officialibus, Ministris, aut Consiliariis, ex prædictis vel aliis etiam gravioribus & urgentibus causis, tam illorum intuitu & contemplatione, sive ad eorum preces & instantiam, quàm etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolice Potestatis plenitudine, ac per modum statuti & legis perpetui, etiam in vim contractus, & Fratrum nostrorum consilio, & quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusvis præservativis, restitutivis, mentis attestativis, derogatoriis derogatoriis, aliisque validissimis & efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis etiam si inibi caveatur expresse, quod illis, nisi sub certis modis & formis, & nisi de expresse eorum consensu, ad quorum favorem concessæ fuerint, derogari possit, & aliter factæ derogationes nullius sint roboris, vel momenti, & aliis quomodolibet concessis, etiam sæpius approbatis, & innovatis. Quod omnia & singula, ac illorum tenores pro expressis habentes, quatenus præmissis in aliquo adversentur, aut plures, quàm superius expressos casus contineant, auctoritate & tenore præmissis omnino, ac perpetuo tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præsentis Constitutionis quoad superius descripta duntaxat reducimur, & nolimus, cuiquam de cætero suffragari, & qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali, per que præsentibus non expressis, vel ad verbum non inserta, effectus ea-

rum quomodolibet valeat impedire. Ut autem præsentis Litteræ &c. Datum Romæ in monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo primo, nono Calendis Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

Quæritur I. An hæc Bulla omnes, & ubique obliget? Rationem dubitanti præbere se putavit Gutierrez lib. 3. præf. 99. Civil. q. 1. n. 26. ubi (salvâ Censurâ S. Ecclesiæ, cui modestè se subicit) docuit, per hanc Bullam, Pontificem aliud non intendisse, quàm revocare privilegia Apostolica extrahendi Laicos delinquentes, quibusdam Principibus concessa: consequenter sola obligare illa loca, ubi habebantur talia privilegia: non item aliis in locis; ut proin alia loca, quibus similia privilegia non erant, in materia Immunitatis ad hanc Bullam attendere non habeant, sed juxta Juris communis dispositionem in omnibus procedere possint ac debeant, etiam in illo, in quo est huic Bullæ contraria. Idque probare conatur tum per Bullæ Proœmium, ex quo finalis causa Legis dignoscitur, arg. l. fin. de Hered. Institut. & l. fin. ff. de iur. & Facti ignorans. Proœmium autem de solis abutentibus privilegio loqui videtur. Tum ex eo, quod Papa nullibi in Bulla dicat, se mutare, aut corrigere Jus commune: quod autem non mutatur, quare stare prohibeatur, l. Sancimus. C. de Testam. & l. Præcipimus. C. de Appellat. Quibus non obstantibus,

Resp. Præfata Bulla Gregorii XIV. obligat omnes in toto Orbe Christiano, & ubique in utroque Foro observanda est. Farinacius in Append. de Immunitat. Eccles. cap. 2. n. 8. Fagnanus in c. Inter alia. b. r. Barbosa lib. 2. I. E. V. cap. 3. Castro Palao p. 2. r. 11. Diss. unicâ, & ferè omnium aliorum post dictam Bullam scribentium, contra Gutierrez lo. cit. in hoc prolixè singularem. Ratio est; quia quevis Constitutio Apostolica non pro certo loco, vel certis personis, sed universaliter lata, obligat in utroque Foro omnes, & ubique, prout habet unanimis, arg. c. 1. de Constitut. & amplius diximus Lib. 1. Tit. 2. §. 12. n. 263. Talis autem est Bulla Gregoriana, uti patet ex multiplici vario textu ejusdem, nam §. 3. præcipit omnibus & singulis, ut præscripta observentur. Dein §. 8. ponit subicit quemcumque sine distinctione loci aut persone, qui quovis prætextu quidquam præter aut contra hujus Constitutionis tenorem attentare præsumserit &c. Accedit universalis, & ubique etiam in locis, ubi indulta Apostolica Asylò contraria non erant, vigens praxis ac consuetudo, que est optima Legum interpret, c. Cum dilectus. 8. de Consuetud.

Nec aliud probatur ex Proœmio, licet enim ex eo habeatur, abusus privilegiorum fuisse etiam aliquam causam impulsivam faciendi uniformem Constitutionem, tamen ex eo non probatur, quod pro solis locis privilegia contraria habentibus, aut contra solas privilegatas personas fuerit facta: Tum quia contrariam aperte habetur in contextu, ubi generaliter de omnibus loquitur: Tum quia etiam in eodem Proœmio manifestè declarat Papa, finem sui Constitutionis esse, omnia circa Jus Asylò, ad uniformem regulam reducere, omnemque dubitantem, ac perperam interpretandi occasionem dilucida interpretatione submovere, abusus tollere &c. ergo. Per quod patet ad primam rationem Gutierrez. Ad secundam autem responderetur negando, quod Papa non correxerit in aliquo Jus commune, cum §. 1. ad finem expresse dicat, se ultra id, quod vetus SS. Canonum norma præscriperat in quibusdam casibus, aliqua præmittere. Accedit, quod per Legem subsequentem prior contraria censetur revocata, aut immutata; etiam si ejusdem mentionem non faciat Legislator per dicta Lib. 1. Tit. 2. de Constitut. §. 19. n. 491.

Dices

86 Dices, Bulla Gregoriana non ubique fuit promulgata; ergo non omnes, nec ubique obligat; cum ad Legis obligationem promulgatio omnino sit necessaria, arg. can. 7. dist. 4. & diximus amplius Lib. 1. Tit. 2. de Constit. §. 5. Resp. Transmissio Ant. negando Consequent. quia ad hoc, ut Lex seu Constitutio Pontificia ubique, & omnes Christianos obliget, non requiritur, ut ubique promulgetur, sed sufficit, quod Romæ in locis consuetis sit promulgata, prout amplius probatum est Lib. 1. Tit. 2. de Constit. §. 5. d. n. 118. & n. 134. ubi pro hac sententia conclusimus.

87 Viderint autem reliqui Doctores tenentes, ad obligationem Legis, ad Constitutionis Pontificie non sufficere, quod Romæ sit promulgata, sed requiri, ut in singulis Provinciis, seu Diocesisbus promulgetur, quomodò adversus Potestates seculares, seu alias in emergenti casu solvant hanc objectionem contra præfatam, vel etiam aliam Constitutionem Pontificiam non ubique promulgatam, v. g. contra Decreta damnantia Propositiones damnatas &c. Sanè non apparet, quomodò evadere queant, nisi gradatâ abrida, & sequelas perniciosas Ecclesiæ admittant. Et profectò inter doctrinas ac sententias Ecclesiæ Catholicæ, ejusdemque Auctoritatis, S. Regimini perniciosas jure optimo (alio meliori iudicio) numeratur illa, quæ dicit, Bullam, seu Constitutionem Romæ promulgatam non obligare in aliis locis, ubi non sunt promulgatæ, est ibidem sufficiens Legis notitia habeatur. Cum enim huiusmodi Constitutiones quantumvis sanctissimæ in his partibus vel nullæ, vel paucæ promulgentur (necesse quare) passim spectantur, negliguntur, & parùm curantur etiam ab illis (quod dolendum) qui suo exemplo alios ad debitam Ecclesiæ Sincere obedientiam, ac reverentiam movere debent. Optandum fore, ut aliquando S. Sedes rejectione annuenter dicerent, Constitutiones Pontificias Romæ promulgatas non obligare in aliis locis, ubi promulgatæ non sunt, est sufficiens de eis notitia habeatur.

Obijciat II. Præfata Bullam Gregorii XIV. esse consuetudine in nonnullis locis abrogatam, vel eadem in aliquo derogatam. Resp. ut supra n. 27. consuetudinem esse facti, & ideo probari debere, consequenter donec probetur, juxta Bullæ dispositionem esse procedendum.

88 Quæritur II. Quænam Crimina gaudeant Immunitate: & que non? Resp. I. Omnia & singula, quæ facilius non sunt excepta gaudent Asylò. Communi ac certa, textu expresse c. Inter alia. 6. h. 1. ibi: Pugnans ad Ecclesiam &c. quantumcumque gravia crimina perpetraverit, non est violenter ab Ecclesia exheredandus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad penam. Idem patet ex Bulla Gregorii XIV.

89 Resp. II. Crimina excepta, quæ privant Jure Asylò sunt omnia expressa in Bulla Gregoriana supra citatâ §. 3. ubi ita statuitur: Ut Laicis ad Ecclesias, locaque sacra, & Religiosa prædicta confugiuntibus, si fuerint publici Latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata vel publicas vias obfident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, in quibus homicidia, & mutilationes membrorum in ipsi Ecclesiis, earumque Camerariis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut Assassinii, vel heresis, vel læsæ Majestatis in personam ipsius Principis rei, Immunitas Ecclesiastica non suffragetur. Hæc ibi. De quibus singulis, ut exactior habeatur notitia, singula ponemus quæstia.

90 Primum itaque Asylò ob delictum suum caret Publicis Latro. Secundò viarum Grassator: de quo utroque ex eorum convenientiam pro majori eorum Reipensibil Jus Can. Tom. III.

dem intelligentia, in uno agemus quæstio. Quæritur itaque III. Quis sit, & dicatur ad præsentem publicus Latro, ac viarum Grassator, ad hoc ut Asylò privetur? Resp. Quamvis largè loquendo Latro Publicus sit, & dicatur omnis ille, qui violentè, palamque, ac publicè furatur, ut videtur est apud Farinacium in Appendice de Immunitat. cap. 10. n. 149. Fagnanus in c. Inter alia. 6. h. 1. Castro Palao p. 2. r. 11. Diss. puncti q. n. 2. Pibing. h. 1. n. 19. & alios, ita ut publicus Latro à viarum Grassatore vel non, vel parùm distingatur. Nihilò minus strictè loquendo videtur faciendâ aliqua distinctio, illeque publicus dicendus est Latro, ein öffentlicher Mörder, qui præde, seu rapinæ causâ homicidium, seu potius latrocinium publicè committit, arg. l. Capitulum. 28. & 15. ff. de Penis, ubi supponitur Latrones latrocinia committere & præcipitur, ut ibi suspendantur, ubi deliquerunt, ad exemplum aliorum, & solium cognatorum interempit. Concordat can. Cum homo. 19. cau. 23. q. 5. ibi: Cum homo ab homine occiditur cupiditate aliquid auferendi, si ut sit à latrone.

Hinc plura requiruntur ad hoc, ut quis dicatur publicus Latro Asylò carens. Primum, ut verè homicidium committat, per Jura citata. Secundò, ut id sæpius faciat; unicuique enim, aut alter actus nondum efficit publicum Latronem carentem Jure Asylò, ut Doctores communiter docent, signatur Farinacius lo. cit. n. 154. Castro Palao lo. cit. n. 2. Hannoldus Tom. 6. r. 1. n. 191. Decianus lib. 6. Tract. Crimin. cap. 24. n. 2. Barbosa lib. 2. I. E. V. cap. 3. n. 84. Delbene, & alii. Tum quia vox publicus frequentiam denotare videtur; nam sicut publica Meretrix dici non potest ex unica fornicatione, nec publicus Uirarius ex unico actu usuræ, ita etiam publicus Latro dici nequit ex uno latrocinio præde causâ facto, arg. l. Quis sit fugitivus ff. de Relict. edict. Tum quia ipsam etiam nomen Latronis frequentiam a denotat, uti cum aliis observat Castro Palao lo. cit. quævis Martha de Jurisdic. p. 2. cap. 5. n. 22. tenens etiam unico actu posse quem fieri publicum Latronem. Tertio requiritur, ut auferendi causâ latrocinium committat, arg. cit. can. Cum homo. cau. 23. q. 5. ibi: Cupiditate auferendi, sicut à latrone. Hinc qui iniuriæ, vindictæ causâ, aut rixarum occasione homicidium etiam sæpius committit, non dicitur latro, sed homicida.

Quartò requiritur, ut id fiat in locis, viis, aut itineribus publicis frequentatis; quia publici Latrones non dicuntur ex eo, quod palam coram aliis latrocinia committant (nec enim id sæpè solent facere latrones, sed plerumque ex insidiis, ubi latitant, & ideo etiam à latendo latrones dicti proflunt, & viatores aggrediuntur) sed partim quia latrocinia frequentant, juxta dicta numer. præced. partim quia ex insidiis procedentes viatores in viis ac itineribus publicis aggrediuntur, uti post Decianum lo. cit. docet Farin. lo. cit. Castro Palao lo. cit. Hannoldus Tom. 6. r. 1. n. 191. & alii, arg. c. Inter alia. 6. h. 1. ibi: Qui itinera frequentata, vel publicas vias obfident aggressionis insidiis. Ex quo inferitur, quod si quis in via, aut loco privato non frequentato aliquem etiam præde causâ occiderit, latro publicus non diceretur, consequenter Asylò privandus non esset. Quartum, sicut & secundam conditionem ad latronem publicum requisitam requirit etiam S. Congregatio apud Jacob. Pignatelli. Tom. 6. Consult. 4. num. 113. illis verbis: Grassatores seu Latrones publici non gaudent Immunitate. Non possunt verò dici publici latrones, qui semel aut bis aliquem spoliaverint, vel sæpius, sed occidit in viis privatis, vel etiam in locis sacris; dummodo non publicè furari contulerint. 10. Martii 1610. in Cathac. & in Laudensib.

R r i

23

28. Aprilis 1623. Addit tamen Decianus lo. cit. quem sequitur Farinacius lo. cit. n. 152. eos, qui in domibus privatorum praeae causâ occidunt, Latronibus publicis annumerari: & merito, quia cum domus etiam privata sit locus continuè frequentatus, non immerito ad effectum praefatum viis publicis equiparatur, praesertim quod non minus, sed majus sit malum, bonoque publico magis perniciosum, homines etiam in domibus propriis, ubi securè habitare quilibet sperat, aggredi.

93. Quomodo requiritur, ut notoriè constet de latrocinio notoritate Juris, vel facti, nec sufficit praesumptio, aut suspicio, vel dubium, aut vulgi rumor. Farinacius lo. cit. nu. 155. Castro Palao lo. cit. nu. 2. Decian. lo. cit. in fine, & alii communiter: hinc, donec probetur, extrahi non potest, etsi extractionem praetendens dicat esse notorium, sed citari, & audiri debet etiam ipse Reus.

94. Resp. II. Licet, ut dictum, Grassator viarum à multis cum Latrone confundatur, strictè tamen loquendo est & dicitur ad propositum ille ein Land-oder Straß-Rauber, qui in itineribus frequentatis, aut stratis publicis, praeae causâ homines violenter abique tamen caele aggreditur, ita desumitur ex Bulla Gregorij XIV. §. 3. ibi: Viarum grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obfidet, ac viatores ex insidiis aggrediuntur: ubi ut vides, nulla fit mentio de caede: concordat, & distinctionem inter Latrones, & Grassatores facit, l. Capitalium. 28. §. 10. ff. de Pen. ibi: Grassatores, qui praeae causâ id faciunt, proximi latronibus habentur. Caeterum sicut ad latronem, ita etiam ad Grassatorem viarum carentem Asylò requiritur I. Ut non unâ tantum, vel altera vice, sed saepius grassetur, & homines aggrediatur. II. Ut auferendi causâ id faciat. III. Ut in itineribus frequentatis ac stratis publicis hoc agat. IV. Ut de hoc constet notoritate Juris, vel facti, per Jura, rationes, & DD. pro requisitis ad publicum latronem; ut proin Grassator à Latrone strictè non differat, nisi quòd hic, non autem ille quem praeae causâ occidat: Quae tamen differentia in praxi ad praesens multum non est attendenda, vel examinanda, eò quòd tam Grassator, quam Latro publicus privetur Asylò; dummodò aggregentur 1. frequenter, 2. in itineribus frequentatis, aut stratis publicis, 3. praeae causâ fiat, & 4. ut de hoc notoriè notoritate Juris, vel facti constet.

95. Ubi tamen addendum, quòd sicut de publico Latrone diximus n. 92. eum non gaudere, etsi non in itinere publico, sed in domo privatâ occidat; ita etiam idem de Grassatoribus dicamus, ut proin illi, qui in domibus privatis homines violenter aggrediuntur, eisque sua vi abripiant, aut eos ligant, vinculant, includunt, tenent, ne miseri sua defendere; e contra verò Grassatores citas aperite, vel alias in domo rapere & auferre liberè queant, Asylò non gaudeant, ob dicta n. 92. quòd ob causam frequentiam notandam.

96. Inferitur. Fores, quò occultè, vel etiam aliis videntibus sine tamen vi, vel armis aliena auferunt, Asylò non privari; quia factum inter Crimina excepta non numeratur, neque Fur Latronibus, aut Grassatoribus viarum annumeratur, uti habet unanimes DD. Concordat Declaratio S. Congregationis n. 92. citata.

97. III. Privatur Asylò Depopulatores agrorum, uti expressè in Bulla Gregorij XIV. §. 3. cui concordat c. Inter alia. 6. h. t. ibi: Nocturnus Depopulatur agrorum.

Quaeritur IV. Quinam ad propositum sint & dicantur Depopulatores agrorum? Resp. Esse eos, qui agrorum segetes, aut vinearum fructus depo-

pulantur, eosdem comburendo, destruendo, devastando &c. sine animo nocendi domino, five fibinet consulendo id faciunt; non enim semper animo nocendi domino agri, vel vineae id faciunt, sed etiam ut sibi prospiciant; ut si comburant, vel destruunt segetes, quia per eas impediuntur à committendis latrocinis, aut aliis malis: vel si ibidem latitant, & latendo segetes devastant, vel ut omnia secum auferant. Fagnanus in c. Inter alia. 6. nu. 27. Castro Palao lo. cit. n. 4. Hostiensis in §. Nocturnus. arg. L. 1. C. Quando liceat univocis. & c. Inter alia. 6. h. t. Utrum autem publicè, vel in occulto fiat Depopulatio, parum refert, cum Jura indistinctè loquantur, consequenter indistinctè veniant intelligenda, l. de Pretio. ff. de Publician. in rem act. dummodò notoritate Juris, vel facti constet, Depopulationem veram esse factam. Dico veram ad excludendam causam, quo quis agros, aut segetes non depopulatur, sed aliquam tantum partem latendo v. g. vastat, aut aliquos manipulos v. g. segetum simpliciter faratur; quia nec Jus antiquum c. Inter alia. 6. h. t. nec Bulla Gregoriana Asylò privat Firam nec modicè destruunt segetes, sed verum Depopulationem agrorum, aut segetum, qualis totus ille dicitur, qui totaliter, vel graviter vastat, comburit, vel alio modo destruit segetes, L. 1. C. Quando liceat univocis, quòd praefat non faciunt, consequenter in Legge parali odiosa nomine Depopulatoris non veniunt, arg. c. Odis, & c. in panis. de R. J. in 6.

Aliqui, ut Castro Palao lo. cit. n. 5. Delbene, 98. Tuschus, & alii à Farinacio citati num. 161. ab eadem Legge penali eximere, atque Asylò gaudere volunt verum Depopulatores agrorum diurnum, quia juxta Jus commune arg. c. Inter alia. h. t. expressè requiritur, ut sit nocturnus Depopulator, quòd non videatur correctum à Bulla Gregoriana. Verum probabilis videtur, etiam diurnum includit, Farin. in Append. de Immunit. cap. 11. n. 161. Barbosa lo. cit. n. 87. & alii: quia Bulla Gregoriana omisit ly Nocturnus, & absolute posuit Depopulatores agrorum, eosque indistinctè privavit Asylò, voluitque, ut forma à se tradita servaretur, etsi forsitan antiqui Canonnes mitiores fuissent: ex quo sufficienter correctum videtur Jus commune antecessens, arg. c. 1. de Constit. in 6. Praesertim cum non sit major ratio de nocturno, quam diurno Depopulatore. Ratio enim cur publici Latrones, viarum Grassatores, & agrorum Depopulatores potius priventur Asylò quam alii forsitan peiores malefactores, secundum Gloss. fin. in c. fin. h. t. communiter receptam, est, quòd hi Rei pluribus exitum cogitent, eam. Est injusta. 33. cau. 23. q. 4. pacemque, & quietem Reipublicae graviter perturbent, L. 2. C. Quando liceat univocis. quae ratio non magis in nocturno, quam diurno Depopulatore militat.

IV. Jure, Asylò carent, qui homicidia & mutilationes in ipsis Ecclesiis, vel earum Cemeteriis committere non veniunt; uti expressè statuitur in Bulla Gregorij XIV. cit. §. 3. quòd idem habetur in c. fin. h. t. ubi etiam ratio subjungitur illis verbis: Cum in eo, quo delinquit, puniri quibet debeat; & frustra Legis auxilium invocet, qui committit in Legem, mandamus; tales non gaudere Immunitatis privilegio, quo se faciunt indignos. Et sequuntur Doctores communiter. Verum circa hoc

Quaeritur V. Quando quis dicatur homicidium, vel mutilationem in Ecclesiis, vel Cemeteriis committere ad hoc, ut indignus censetur Jure Asylò? Ante responsum notandum, & per mutilationem intelligi casum, quo amputatur, vel alias auferuntur alicui membrum, vel pars corporis, quae specialem functionem, seu officium, ab officio aliarum par-

partium distinctum habet, uti sunt manus, pes, oculus, lingua &c. non item digitus, dens, modica pars carnis &c. uti notant cum Covarruvia in Clem. Si furiosus. p. 3. n. 8. Doctores communiter, dum agunt de Irregularitate. Hinc cum eisdem

101. Inferitur, quòd graviter aliquem vulnerans in Ecclesia, etiam cum magna sanguinis effusione, & carnis latione, non privetur Asylò, si vulnus lethale non est: uti etiam declaravit S. Congregatio apud Jacobum Pignatell. Tom. 6. Consult. q. nu. 106. illis verbis: Qui faciem, vel vultum, vel os cuiuspiam in Ecclesia vulnerat, gaudet Immunitate. 16. Novemb. 1618.

102. Resp. I. In Ecclesia delinquit quis non tantum, quando uterque tam laedens scilicet, quam laesus in ipso loco sacro existit, sed etiam si existens extra Ecclesiam scilicet lapide, sagitta &c. occidit, aut mutilat existentem in Ecclesia. Barbosa lib. 2. l. 1. E. V. n. 117. Farinac. in Appendice de Immunit. cap. 16. n. 224. Covarruvias Variar. Resolut. lib. 2. cap. 20. n. 19. Pirhing. h. t. n. 25. Castro Palao p. 2. tr. 11. Resol. q. n. 16. Navarrus in Manuali cap. 25. n. 21. ac latè Gutierrez lib. 3. pract. qq. Civil. q. 1. n. 23. & Jeqq. cum Communissima aliorum contra Villagut de Extensione Legum. cap. fin. n. 50. & Jeqq. Ratio est; quia talis revera alterum occidit in Ecclesia; licet enim causam occisionis incepterit extra Ecclesiam, tamen quia actione causativa mortis executivè saltem, ac consummative tetigit alterum in Ecclesia, eundem revera occidisse, seu vitâ privasse dicitur; praesertim cum in delictis potius attendatur consummatio, quam inchoatio, ut post Bartolum in l. Lihellorum. ff. de Accusat. n. 7. bene observat Castro Palao lo. cit. & alii. Idem ob eandem rationem dicendum de eo, qui extra Ecclesiam stans lethaliter vulnerat existentem in Ecclesia, etsi hic vulnere accepto domum se conferat, & ibidem, consequenter, extra Ecclesiam moriatur. Secus si extra Ecclesiam existens lethaliter vulnerat pariter existentem extra Ecclesiam, etsi talis accepto vulnere ad Ecclesiam fugiat, ibique moriatur. Castro Palao lo. cit. & communis aliorum: eò quòd causa efficax mortis nullo modo posita sit in Ecclesia.

103. Resp. II. Etiam ille, qui extra Ecclesiam existens mandat occidi aliquem existentem in Ecclesia, eundem in eadem occidit, consequenter Asylò indignus censetur. Farinac. lo. cit. n. 230. ubi citat Decianum in Tract. Criminal. lib. 6. cap. 28. n. 7. Azor. p. 2. lib. 9. cap. 9. q. 14. §. Quorid. Layman lib. 4. tr. 9. cap. 3. n. 6. Abb. in c. fin. h. t. n. 12. & alii contra Castro Palao lo. cit. n. 17. Probatur: tum quia, qui facit per alium, perinde est, ac si faciat per se ipsum, c. Qui facit. 72. de R. J. in 6. Tum quia executio mandati potius mandanti, quam executori imputatur, c. Ut fana. 35. §. Laici. de Sentent. Excomm. cum is committat verè, cujus autoritate, vel mandato delictum committit probatur, ut dicitur c. Mulieres. 6. de Sentent. Excomm. Hinc etiam ut veri homicidae in utroque Foro habeantur, & ut tales puniantur, quorum mandato, aut efficax consilio homicidia committuntur, arg. l. Utrum. 6. §. Illa verò ff. ad L. Pompeian de Parricid. & can. Perniciose de Penit. dist. 1. ubi pulchre ad propositum ita habetur: Perniciose se decipiunt, qui existimant, eos tantum homines idas esse, qui manibus hominem occidunt: & non potius eos, per quorum consilium, fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Num Judaei Dominum nequaquam propriis manibus occiderunt, seu scriptum est: Nobis non licet occidere quemquam, sed tamen illis Dominus mors imputatur; quia ipsi linguâ interfecerunt, dicentes: Crucifige, Crucifige eum.

104. Nec dicas cum Castro Palao lo. cit. solos in Bulla Reiffenstuel Jus Can. Tom. III.

Gregoriana expressos malefactores carere Immunitate Asylò, inter quos non comprehenditur mandans occidere; ergo. Nam contra est: quòd licet non in specie, tamen in genere dicta Bulla comprehendat etiam mandantem, dum indistinctè ac in genere Asylò privat quemvis in Ecclesiis, vel Cemeteriis occidentem, vel homicidii reum; qualis, quia juxta dicta non minus est mandans, quam exequens homicidium, utique etiam comprehensus censetur cum verba generalia generaliter sint intelligenda, c. Quia circa. 22. de Privileg. & ubi Jus non distinguit, nec nos distinguere debeamus l. de Pret. ff. de Publician. in rem. act.

Confirmatur ex sequela absurdi, videlicet quòd 105. aliàs mandantes aliquem in casibus non exceptis extrahere è loco sacro poenis Bullae non subjacerent, cum Bulla nihil in specie de mandantibus, sed tantum in genere de extrahentibus loquatur; atqui sequela est contra Communem, etiam ipsam Castro Palao, praxique, ac consuetudinem, quae est optima Legum Interpret. c. Dilectus. de Consuetud. ergo.

Resp. III. Ille quoque, qui existens in Ecclesia 106. existentem extra Ecclesiam occidit, vel mutilat, caret Asylò. Farinacius lo. cit. n. 223. Abbas in c. fin. h. t. n. 11. Barbosa lib. 2. de E. V. cap. 3. n. 111. Castro Palao lo. cit. n. 19. Gutierrez lib. 2. pract. qq. Civil. q. 1. n. 19. Navarrus in Manuali, cap. 25. nu. 21. Covarruvias lib. 2. Variar. Resolut. cap. 2. n. 15. Pirhing. h. t. n. 25. cum Communissima aliorum, contra Bonacinam Tom. 2. Dissp. 3. q. 7. p. 4. n. 8. Haunoldum Tom. 6. tr. 1. n. 207. & nonnullos alios. Ratio est: tum quia talis in ipsa Ecclesia ponit causam efficacem mortis, & est revera jam reus homicidii in ipsa Ecclesia. Tum quia etiam verè ac propriè delinquit in ipsa Ecclesia, ipsique Ecclesiae gravem injuriam infert, abutens illâ ad caedem, seu iniquam actionem mortis, effusciter causativam, adeò ut in eo omninò militet privationis ratio c. fin. h. t. cujus textum vide num. 99. & verba Bullae Gregorianae: Qui homicidia, aut mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, earumque Cemeteriis committere non veniunt.

Nec obstat, quòd in delictis magis attendatur 107. consummatio, quam inchoatio juxta dicta n. 102. quia ex hoc minimè sequitur, quòd inchoatio omninò non, sed tantum quòd minus attendatur, ita tamen, ut effectu secuto etiam poenis subjaceat; ut patet ex illo, quòd si existens in uno territorio occidens scilicet in altero territorio, deturque locus possit puniri in utroque Territorio, deturque locus praeventioni, uti cum communi tradit Abbas in c. fin. nu. 25. de Foro competent. & Gutierrez lo. cit. n. 21. Accedit, quòd in casu nostro actio inchoativa à consummativa non distinguitur, cum sit una & eadem actio, jaculatio v. g. consequenter doctrinam Bartoli num. 99. allegatam, quae de diversis actionibus loqui videtur, hic non quadrare, bene dici possit, uti adverte Gutierrez lo. cit. n. 22.

Resp. IV. Etiam ille Asylò indignus est, qui in 108. Ecclesia mandat, ut occidatur, vel mutiletur existens extra Ecclesiam. Farinacius lo. cit. n. 229. Abbas in c. fin. h. t. n. 12. Gutierrez lib. 3. pract. qq. Civil. per totum, Navarrus lo. cit. Barbosa lo. cit. n. 116. Azorius p. 2. lib. 9. cap. 9. q. 14. Sylvester §. Immunitas, 3. nu. 9 & 10. cum Communissimorum contra Palao lo. cit. Haunoldum lo. cit. Ratio est; quia juxta dicta num. 103. effectus iniquus potius imputatur mandanti, quam exequenti. Tum quia talis revera causam efficacem mortis ponit in ipsa Ecclesia, sitque, & est verè reus homicidii sacrilegi in ipsa Ecclesia, eique injuriam infert. 99.

propterea ejus favore indignus est, arg. c. *fin. h. t.* confirmatur ex dictis de mandante n. 103. & seq.

109 Queritur VI. An illi gaudeant Asyllo, qui prope Ecclesiam, v. g. in atrio, in porticu, in scalis Ecclesiae, vel intra 40. vel 30. passus ab Ecclesia, vel in hortis Monasteriorum occidunt, vel mutant? Negativam multi tenent, ut Ancharanus in *Clem. 1. n. 5. in fine de Penit. & Remiss. Navarrus in Manual. cap. 25. n. 22. Gutierrez pract. q. Civil. lib. 3. q. 1. n. 15. Farinacius lo. cit. n. 210.* ubi affert Decisionem Clementis VIII. in una Panormitana, Covarruvias *Variat. Resolut. lib. 2. cap. 20. n. 25. Thulcius y. Ecclesia. Conclus. 11. n. 4. Barbosa in c. fin. h. t. n. 5.* saltem in casu, quo quis prope Ecclesiam delinquit spe citius, ac securus obtinendi locum Asyllo, quâ distinctione etiam Farinacius, & alii utuntur. Quibus non obstantibus.

110 Resp. Spectando Bullam Gregorii XIV. & nisi extet Declaratio contraria Clementis VIII. probabilis videtur, in praefatis locis, etiam spe Immunitatis occideres, & mutilantes, non privari Asyllo. Ita absolute tenet sibi met contrarius Barbosa *lib. 2. l. E. V. cap. 3. n. 117. Castro Palao p. 2. tr. 11. Disp. un. punc. 9. n. 21. Suarez de Religione. lib. 2. cap. 11. n. 7. Abbas in c. Inter alia. h. t. n. 17 & 18. Diana p. 1. tr. 1. Resolut. 3. ac novissime Jacob. Pignat. Tom. 6. Consult. 41. n. 5. & 6.* ubi plures alios citat. Ratio principalis est; quia vi Bullae Gregoriae ut quis indignus censetur Asyllo, debet homicidium, aut mutilationem committere in ipsis Ecclesiis, aut Coemeteriis; atqui hic non verificatur in illis, qui extra, licet prope Ecclesiam delinquant: tum quia particula *In ablative juncta*, idem significat, quod *intra*, solumque locum interiore comprehendit, ut bene cum aliis observat Barbosa de *Diction. Diction. in n. 2. arg. l. 1. §. Quod diximus. ff. de Success. edict. & l. At Praetor. §. In publico. ff. de Flumin. Tum quia Dictione *Ipsis* personalissima est solius interioris spatii demonstrativa, ut rursus notat Barbosa *lo. cit. Diction. Iste*, ubi plures citat Decisiones Rota *lib. 3. l. E. V. cap. 3. n. 119.**

111 Dices cum Adversariis, praefata loca venire nomine Ecclesiae, aut alterius loci sacri, qui adhaerent, indeque gaudere Jure Asyllo; ergo in eis occidens, in Ecclesia, aut alio loco sacro occidere, consequenter Asyllo carere censendus est. Resp. Distinguendo Ant. in favorabilibus concedo, in odiosis negatur, arg. c. *Odia. &c. In Panis de R. J. in 6. juncta l. At Praetor. ff. de Flumin.* Hinc quia participatio Immunitatis favorabilis est, & privatio ejusdem odiosa, merito in illa, non item in ista veniunt nomine Ecclesiae, aut alterius loci sacri praefata loca.

112 Dixi, nisi extet Declaratio Clementis VIII. Huic enim, si de ea legitime constaret, nec rationale dubium foret, utique debita cum reverentia acquiescendum foret. Verum Jacob. Pignat. qui in materia Immunitatis ferre omnes Declarationes diligentissime collegit, & earum quadraginta sex addidit *Tom. 6. Consult. 4. n. 74.* nullam de ea mentionem facit; in eodem *Tom. Consult. 40. n. 7.* dicit, se in hac re desiderare Declarationem Pontificiam, merito de ea dubitare licet. Ea propter in casu emergenti pro Asyllo absolute standum, aut saltem Reus in loco Asyllo manentendus videtur, donec Romana Curia interrogata responsum, ac resolutionem mittat.

113 Queritur VII. An etiam propter factum vel alia crimina in Ecclesiis, vel Coemeteriis commissa privetur quis Immunitate Asyllo? Quamvis affirmativa communissima DD. Juri quoque communi fuerit, & adhuc fit conformis, praesertim si spe Immunitatis commissum est delictum, arg. c. *fin. h. t.* ubi ratio legis omnes in locis sacris tangit, cui Summarium

concordat, ibi: *Qui (ecce! sine distinctione) sub spe Immunitatis in Ecclesiis, vel Coemeteriis delinquant, Immunitate non gaudent.* Nihilominus hodie spectata Bulla Gregorii XIV. Resp. Negative, Barbosa *lib. 2. l. E. V. cap. 3. n. 120.* Farinacius in *Append. de Immunitate. cap. 16. n. 208.* Diana *p. 1. tr. 1. Resolut. 2.* Delbene de Immunitate *cap. 16. dub. 19. n. 10.* Peregrin. de Immunitate *cap. 6. n. 23.* Haunoldus *Tom. 6. de Jur. & Just. tr. 1. n. 108.* & alii post dictam Bullam scribentes. Probatu principaliter ex Bulla Gregorii XIV. ubi §. 2. expresse declaratur, sola crimina à se ibidem expressa privare Asyllo, non item alia, etsi aequipolettant aliis in Jure expressis, aut adit paritas, Identitas, aut majoritas rationis; atqui Papa solum homicidia, & mutilationes in Ecclesiis, vel Coemeteriis commissas ibidem exprimit; ergo. Et certe, si Pontifex voluisset etiam alia delicta in Ecclesiis commissa Asyllo carere, nocivè dicit in specie expressisset, dando Praelatis Ecclesiarum errandi: praesertim cum facilliter dixisset, *delinquentes graviter in Ecclesia.* Confirmatur ex Declaratione allegata n. 100. & alia apud Jacob. Pignat. *Tom. 6. Consult. 4. n. 94.* ubi declaratur, quod furans in Ecclesia gaudeat Immunitate, possit tamen mitti in exilium, 15. Januarii 1647.

§. V.

De reliquis Criminibus Asyllo privantibus; videlicet Homicidio proditorio, crimine Assassini, Haresis, laesa Majestatis: ubi etiam de aliis criminibus: Item de fugientibus à carcere, aut manibus factellitum.

S U M M A R I U M.

- 114 Homicidium proditorium privat Asyllo. Deliberatè & ex proposito occidens secundum aliquos sunt Proditorii rei, & indigni Asyllo. Ibid.
- 115 Juxta alios ad Proditorium requiruntur, & sufficienti insidatè etsi inimicus occidatur.
- 116 Homicidium proditorium proprie tale Asyllo privans, est omne & solum quod nulla precedente inimicitia, aut rixa fit, à vero, vel simulato amico, aut ad amicitiam specialiter obligato usque ad n. 122.
- 117 Verba Legis in propria significatione accipienda sunt.
- 118 Prior numerus probatur ex Scriptura.
- 119 Ex utroque Jure.
- 120 Declaratio Pontificis, & Cardinalium. Es num. seq.
- 122 Et praxi.
- 123 Respondetur ad argumenta contraria.
- 124 Occidens non inimicum, aut amicum negativè, per insidias gaudet Asyllo.
- 125 Proditorius est, qui nulla precedente inimicitia parentem, prolem, etiam infantem, aut in utero existentem, conjugem, fratrem, affinem, consanguineum occidit.
- 126 Vel Contubernalem, socium itineris, commilitonem, hospitem, parentem familias.
- 127 Vel sub specie amicitiae.
- 128 Vel inimicum reconciliatum.
- 129 Homicidium proditorium non est, quod fit precedente ira, rixa, inimicitia &c. vel in duello.
- 130 Assassini crimen, & Assassinus quid? & quomodo?
- 131 Ut privet Asyllo, debet fieri secuto effectu, morte nempe.

132. Vulne-

- 132 Vulneratio non sufficit.
- 133 Item requiritur pretium certum, ac specificum.
- 134 An sufficiat leve.
- 135 Spe praemii occidere non est Assassini.
- 136 Etiam infidelium occidens Assassinus esse potest.
- 137 An sit Assassinus, qui pretio conductus suum, vel conducticium occidit inimicum?
- 138 Haresis quando privet Asyllo?
- 139 Laesa Majestatis crimen in Personam Principis privatur Asyllo, & quando committatur?
- 140 Nomine Principum hic veniunt soli supremi in suo Territorio superiores non agnoscentes.
- 141 Enumerantur tales plures. Et n. seq.
- 142 Inter quos juxta aliquos etiam sunt Cardinales, & Episcopi.
- 144 Negativa est probabilior.
- 145 Nisi aliis sint etiam Principes temporales.
- 146 Neque veniunt nomine Principis, Uxor, Filius, aut Fratres Regum &c.
- 147 Neque eorum Consiliarii, aut Ministri.
- 148 Subitur instantia. Et n. seq.
- 150 Peccans contra statum Principis, aut contra statum Principis, non caret Asyllo.
- 151 Sicut nec extraneus, non subditus, offendens ipsam personam Principis.
- 152 Propter alia crimina in Bulla Gregorii non excepta, etiam atrocissima nemo privatur Asyllo.
- 153 Debet tamen Judex Ecclesiasticus delinquentes tales subinde custodire, donec Romana Curia sumatur.
- 154 Quid Juris de effugientibus carceres, & inde vel de manibus satellitum fugientibus ad loca sacra?
- 155 Item quid de ductis per loca sacra ad supplicium.

Quid circa Crimina excepta novissime post Bullam Benedicti III. sit sentiendum? Remissivè allegando ipsam Bullam.

114 Q UANTUM Crimen specialiter in Bulla exceptum Immunitate privans est Homicidium proditorium; uti expresse liquet ex Bulla, ibi: *Qui proditorie proximum occidit*, circa quod Queritur I. Quid ad propositum sit Homicidium proditorium? Ante responsum notandum, inter Doctores maxime controversiam esse: hanc questionem, ex cujus decisione dependet resolutio plurimorum casuum de homicidiis, an Immunitate gaudent? Et quidem tres principales in hoc casu reperiantur opiniones. Prima est Barbosa in c. 1. de Homicidio, Fachin. lib. 9. *Controv. cap. 93. Molinae de Jur. & Just. tr. 3. Disp. 23. n. 3.* & plurium aliorum volentium, quemvis homicidam voluntarium ex proposito & industria, etsi absque veris ac certis insidiis commissum, aliquo modo proditorie, siquidem indignum esse Asyllo; idque probare conantur ex eo, quod per Bullam Gregorii XIV. proditorios homicidas privantem Asyllo non fuerit correctum Jus commune antiquum, arg. c. *Cum expediat. de Elect. in 6.* de Jure autem antiquo an tale homicidium proditorium privans Asyllo satis fuerit esse factum ex industria, arg. c. 1. de Homicidio. ibi: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari meo evelles eum ut moriatur*; ubi particula *Et* sonatur in sensu disjunctivo, ut idem significet ac *vel*, prout subinde in Jure accipi solet, quando nempe ratio, aut contextus Legis id exigat. Idem probant ex Scriptura S. veteris Testamenti, Exodi 21. v. 14. ubi praefata s. 1. verba formalia habentur, & v. 12. ibi: *Qui percussit hominem volens occidere, morte moriatur.* Concordat textus Deuteronom. 19. v. 11. *Si quis odio habens proximum suum insidias fuerit vitae ejus, surgensque percussit illum, & resistenter Jus Can. Tom. 111.*

mortuus fuerit &c. arripunt eum de loco refugii, & morietur: non misereberis ejus. Item ex Jure Civili Novell. 17. cap. 7. ubi voluntarii homicidae Asyllo expresse declarantur indigni: quae Constitutio Civili utpote canonizata c. *Inter alia. 6. h. t.* etiam in Foro Canonico observanda videtur. Rationem dant, quia qui ex proposito occidunt, hoc ipso etiam infideliar vitae, & per insidias occidere praesumuntur; qui autem per insidias occidunt, proditorie occidunt per dicenda n. seq.

Altera opinio est Covarruvias *lib. 2. Variar. Re. 115 solut. cap. 20. n. 7.* Barbosa *lib. 2. Juris Eccles. univ. cap. 3. n. 89. & seq. Gutierrez pract. q. lib. 1. q. 2. n. 3.* Sanchez *lib. 6. Confil. cap. 1. dub. 3. n. 26.* Pirhing *h. t. n. 28.* & aliorum docentium in materia Asyllo ad Homicidium proditorium non sufficere, quod quis voluntarie etiam ex proposito, & industria occidatur, sed insuper requirit, ut etiam per veras, & certas insidias fiat; quod universiter tunc fieri volunt, quando quis occidendam ita aggreditur, ut hic & tunc talis nullo modo se valeat defendere; prout fit, si quis veneno, vel à tergo, vel ex insidiis, vel flopeto à lateribus, aut de nocte in tenebris, aut alio simili modo, nihil mali praevident, neque potens hic & nunc se defendere, occiditur: five dein praecesserit inimicitia five non, five sub specie amicitiae, five sine illa occidatur. Ex quidem, quod requirantur insidiae hujusmodi vel dolus, probant ex cit. c. 1. de Homicidio. ubi ad homicidium privans Asyllo copulatiè requiritur, ut fiat per industriam & per insidias: quod idem etiam textus Legis veteris num. praeced. citati exigunt, ut Deuteronom. 19. v. 11. ibi: *Si insidiatus fuerit vitae ejus*; & Exodi 21. ubi postquam v. 12. positus fuit textus num. praeced. citatus, statim v. 13. subiungitur: *Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus ejus, constitutum tibi locum, in quem confugere debeat.* Quod verò sufficiat homicidium per insidias esse commissum, nec requiritur, ut occisus fuerit amicus, vel saltem non inimicus, ex istem deducunt Juris, & Scripturae textibus, ubi nulla facta mentione, vel distinctione amicitiae, vel inimicitiae solum requiritur, & sufficit, quod per industriam, & per insidias quis occidatur, eò quod Homicidium proditorie, & homicidium per insidias sint synonyma, lo. cit. arg. l. *Capitalium. 28. §. Igne. 11. ff. de Panis. l. Servum. 6. l. Neque. 7. l. Ne liceat. 8. C. de Delator. cum concordantiis. Tertium opinionem ponit Conclusio sequens, quâ ad quaesitum*

Resp. Per Homicidium proditorium in Bulla Gregorii XIV. §. 3. expressum, intelligitur proprie tale, quo nomine venit omne & solum illud, quod fit ab amico, vel ex statu muneris, conditionis, aut personae ad amicitiam, aut fidelitatem specialiter obligato, vel saltem sub aliqua amicitiae, fidelitatis, societatis, vel necessitudinis specie, ita ut malitia ejus in hoc consistat, quod quis nulla precedente inimicitia, aut rixa occidatur, à vero, vel simulato amico, vel ad amicitiam aut fidelitatem specialiter obligato, ita ut prudenter nec timeatur, nec caveatur; prout fit, si nulla precedente inimicitia vir uxorem, servus dominum, filius parentem aut econtra, aut si quis alius fratrem, socium itineris, commilitonem, contubernalem, familiarum occidit. Item, si quis postivus amicus quidem non existens, nec ad amicitiam, vel fidelitatem specialiter obligatus inventur, tamen sub hujusmodi specie occidit, ut proin ubi amicitia vera, vel simulata, vel debita non intervenit, vel si hac interveniente praecessit inimicitia, aut rixa per reconciliationem nondum sublata, Homicidium proditorium nunquam committitur, etsi quis ex industria, & per insidias v. g. à tergo, vel veneno, vel alio tali modo occidatur, ut hic & nunc

R r r 3

nunc defendere se non possit. Ita hodie post Bullam Gregorianam communissima, & quasi certa, signanter Jacob. Pignatelli Tom. 9. Consult. 18. ferè per totam, Farinacius in Appendice de Immunitate, cap. 9. n. 143. Pax Jordan. Lucubr. lib. 11. Tit. 3. n. 342. Sprell. Decis. 23. & Decis. 175. plurimos alios citans.

117 Probatur inprimis, quòd in Bulla Gregoriana Homicidium proditorium in sensu proprio accipitur. Tum quia Regula universalis est, quòd verba Legis secundum propriam, & communi usu approbatam significationem accipienda sint, nisi aliter de mente Legislatoris manifestè constet, arg. c. 2. s. Sed neque. de Translat. Episc. & l. Non aliter 67. ff. de Legat. 3. ibi: Non aliter à significatione verborum recedi oportet, quàm cum manifestum est, aliud sensu Legislatorum. Tum quia Bulla Gregoriana XIV. secundum eam partem, quàm privat Homicidium proditorium Jure Ayllo est Lex odiosa, quæ strictè interpretanda venit, c. Odis. de R. J. in 6. Tum etiam quia Gregorius Papa in præfata Bulla expressè dicit, quòd dilucida declaratione omnem dubitandi, & perperam interpretandi occasionem submovere intendat; quòd propriè, & juxta communem usum acceptè, non item impropria significatione verborum fit; ergo.

118 Quòd autem Homicidium proditorium propriè tale sit omne & illud solum, quòd n. præced. in conclusione diximus, probatur inprimis ex S. Paginis Psalm. 40. ubi juxta communem interpretum Propheta in persona Christi contra Judam discipulum suum ad amicitiam specialiter obligatum conquerens ait: Homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panem meum, magnificavit super me supplantationem. Et dein Psalm. 54. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, & si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò homo unanimitatis: dux meus, ac notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos &c. quibus verbis quia secundum Interpretes, proditorium, & proditorium factus, ac natura describitur, factis clarè innuitur, eam in solis veris, vel simulatis amicis, non verò in inimicis vel aliis reperiri, quia (subjungit textus) si inimicus maledixisset, sustinuissem utique, vel forsitan ab eo me abscondissem; sed quia amicus fecit, omni favore indignus, e contra morte censetur dignus, dum statim subjungitur: Veniat mors super illos. Idem habetur ex 2. Reg. cap. 3. & 20. ubi Joab duos Principes militiæ Abner, & Anasa sub specie amicitie occidit, & propter Regum sapientissimo punitus est, etiam ad Altare confugit.

119 Probatur enim ex utroque Jure tam Civili, quàm Canonico, ubi ad verum Proditorium, & ad proditorium agendum semper narratur, aut supponitur, ac requiritur amicitia vel ex officio, personæve debita, vel saltem signis falsò simulata, ita ut de tali quid nali prudenter timere, consequenter præcavere quo non possit, uti constat ex l. Servum 6. C. de Delator. ubi servus dominum deferens, proditorium poenis subicitur, quia ad fidelitatem, & amicitiam domino vi status sui est obligatus, & l. Cujusque 4. ff. ad Leg. Jul. Majest. ubi proditor habetur, qui vel ut dux, aut miles, aut alius patriota exercitum hostium producit: concordat l. Omnes, l. Proditores. ff. de re Milit. Idem deimittitur ex Jure Canonico, arg. can. Clericus qui, 3. dist. 46. ubi proditores adulatoribus, qui utique amicitiam simulant, æquiparantur.

120 Probatur ulterius auctoritate Clementis VIII. qui specialitè Diplomate 6. Februarii 1597. ad Archiepiscopum Panormitanum missò expressè declaravit, quòd Gerardus Regius (de quo dubium proponebatur) gaudeat Immunitate, consequenter Homicidium proditorium non commiserit, etiam deli-

berato animo, & per insidias occiderit, uti videtur est in ipso Diplomate, quòd per extensum referit Jacob. Pignatelli Tom. 9. Consult. 18. n. 29. Quòd si quis cum Mar. Ital. de Immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 4. n. 1. & seq. mentem Pontificis alter interpretari conetur, opponit se Farinacius lo. cit. n. 143. dicens, se tunc temporis ut Falsicalem Romanum personaliter in factò informasset Clementem VIII. & ex ore proprio ejusdem responsum audivisse, consequenter melius mentem Pontificis percepisse, quàm absentem Mar. Ital. & sequaces.

Probatur insuper ex repetitis Declarationibus Cardinalium in una Rhegiensi 12. Octobris 1602. & in Bajanenfi 6. Aprilis 1622. in quibus dicitur Proditor, qui aliquem, cui se tanquam socium, & amicum adjunxerit in via, nullà rixæ causà interveniente occidit, seu qui dolose sub amicitie colore seducit aliquem, ut occidat. Item in una Beneventana 18. Augusti 1637. declaravit S. Congregatio, ad probationem Homicidii proditoris requiri amicitiam præcedentem, intellige vel veram, vel simulatam, vel debitam ex statu personæ, aut muneris. Rursus teste Jacob. Pignatelli. lo. cit. n. 11. in una Bajanenfi 6. Aprilis 1612. declaravit, quòd Proditor non sit, nec Homicidium proditorium committat, qui occidit inimicum suum per insidias, & à tergo: ex quo rursus apparet requiri præcedentem aliquam veram, vel simulatam amicitiam. Plures similes Declarationes vide apud Jacob. Pignatelli. Tom. 9. Consult. 19.

Probatur tandem Tribunalium praxi & consuetudine, quæ est optima Legum interpres, c. Cùm dilectus. 8. de Consuetud. Constat enim, quòd etsi non pauci præcipue in Italia inimicos suos à tergo, & per insidias occiderint, ex hoc capite Immunitate nunquam fuerint privati. Imò emergente controversiâ, an homicidium fuerit proditorium nec ne? Rati Ordinarii ad ferendam sententiam non soleant indagare, an homicidium fuerit per industriam, & insidias commissum, sed an præcesserint inimicitie, vel rixæ nec ne? vel an vera aut simulata adfuerit amicitia nec ne?

Ad fundamenta secundæ opinionis n. 111. posttæ (quæ refutata corruit prima per se) non minus per dicta jam pateat, nihil minus Resp. Textus veteris Testamenti, etsi dato non concessio, aliquid contra Conclusionem probarent, esse abrogatos per Legem gratiæ. Ad c. 1. de Homicid. etsi varii varii respondeant, dico, illud, si in aliquo contrarium foret Conclusioni, fuisse correctum à Bulla Gregoriana, prout patet ex dictis, præsertim repetitis Declarationibus Cardinalium. Ad rationem, quæ dicitur, insidias & proditionem esse synonyma, negatur. Ad textus Juris Civili respondetur, ex his nihil efficaciter probari, eò quòd vel loquantur de casu, quo inter aliquos versabatur vera, aut simulata, aut debita amicitia, vel loquantur de proditione, & proditoribus improprie dictis, qui per Bullam Gregorianam non sunt privati Ayllo, per dicta supra num. 117.

Haunoldus Tom. 6. tr. 1. n. 215. postquam cum 124 Doctoribus n. 116. citatis docuit, ad Homicidium proditorium requiri, quòd fiat ab amico vero, vel simulato, addit, hoc non esse intelligendum de amico positivo, sed negativè, id est, non inimico, ita ut juxta hunc universatim omnis ille dicatur homicida proditorius, qui nullà præcedente inimicitia proximam occidit, etsi positiva aliqua vera, vel simulata amicitia non præcesserit, nec vi status personæ, vel muneris debita fuerit, quòd alio DD. non advertisse, asserit. Verum specialis hæc hujus cæteroquin Doctissimi viri observantia non videtur attendenda, ob sequelas communissimæ aliorum, Declarationibus Cardinalium, ipsique Haunoldo contrarias:

trarias: v. g. quòd aliquis in futurum atrocitati intendens privetur Ayllo, qui tantum semel peregrinum aliquem penitus ignotum prædæ causâ ex insidiis occidit, quia talis homicida fuit reverà negativè amicus occisi, seu non inimicus ipsius, quòd tamen non subsistit, ac insuper contra ipsum Haunoldum militare patet ex dictis num. 91. Dein, quòd quisvis etiam in itineribus non publicis occidens aliquem quemcumque tandem nullà præcedente rixâ, aut inimicitia solius prædæ ob occiso acquirenda causâ, vel spe aliquid etiam non promissum à tertio consequendi, careret Ayllo, quia etiam talis erat occisi amicus negativè, seu non inimicus; quòd tamen iterum est contra præfatum Doctorem lo. cit. num. 224. Tenendum proinde, quòd ad Homicidium proditorium non sufficit, si fiat ab amico negativè, five non inimico, sed ut diximus in Conclusionem, quòd nullà præcedente inimicitia aut rixâ fiat ab amico positivo vero, vel simulato, vel ad amicitiam, aut fidelitatem vi status personæ, muneris, aut alterius rationis specialiter obligato, eò quòd malitia hujus vitii præcisè consistit in hoc, quòd nulla præcedente inimicitia, aut rixâ quis occidat à vero, vel simulato amico, aut ab eo, qui amicus, ac fidelis esse specialiter obligatur, talisque esse supponitur, & propterea ab eo, non tantum non præcavetur, sed cum eodem ita vivitur, & communicatur, ut occidit occidere ei difficile non foret. Ita hodie post Bullam Gregorianam communis, præsertim citati n. 116. inter quos Jacob. Pignatelli. lo. cit. n. 51. & seq. cerebroso vocat docentes Homicidium proditorium ex eo solo committi, quòd quis occidat non inimicum seu amicum negativè; defenditque opinionem contrariam ad longum.

125 Inferitur Homicidium proditorium esse I. Si quis nullà præcedente inimicitia parentem, prolem, conjugem, affinem consanguineum, proximum occidit: quia hi omnes amici vel sunt, vel esse debent; ideòque ut tales supponuntur; prout jam dictum supra in Conclusionem num. 116. Quibus adde casum, quo quis talem etiam usu rationis carentem. v. g. factum in utero materno, aut infantem, aut amentem v. g. fere hæreditatis, autimore confusionis occidit: prout declaravit S. Congregatio apud Jacob. Pignatelli. Tom. 6. Consult. 4. n. 151. & 152. illis verbis: Mater occidens filium infantem non gaudet Immunitate. S. Congregatio Concil. 3. Decemb. 1632. Item malis medicamentis procurans abortum non gaudet Ecclesiæ Immunitate, Eadem S. Congregatio 3. Decemb. 1632. & docet Farinacius in Appendice de Immunitate, cap. 10. n. 138. Jacob. Pignatelli. Tom. 9. Consult. 18. n. 20. Ratio est; quia tales homicidæ etiam respectu horum etsi usu rationis privatorum reverà fuerint, vel esse debuissent amici; ut proin audiendus non sit Haunoldus contrarium docens quoad occisos usu rationis carentes, cit. Tom. 6. tr. 1. n. 215. ad finem.

126 II. Homicidium proditorium esse, si quis nullà præcedente inimicitia dominum suum, familiaritatem, contubernalem, commilitonem, socium itineris occidit; quia hi omnes vi status, conditionis, & muneris sui sunt, vel debent esse, ac supponuntur amici, ac fideles. Idem dic, si capus, Wirth, oder Gasseb, peregrinum seu hospitem susceptum, vel hic illum interficit; quia & hi ad amicitiam & fidelitatem reciprocam vi conditionis & muneris presentis specialiter obligantur. Item ob eandem rationem, si quis miles in hibernis, vel aliis in Quartiro existens occidat suum patrem familias, aut dominum Quartiri, vel e contra: si enim ex eo solo, quòd quis se jungat socium itineris, ita vi muneris censeatur & supponatur amicus, & ut talis occidere judicetur, Aylloque privetur, prout de-

claravit S. Congregatio allegata numer. 121. idem non minus dici potest de capone erga hospitem, & e contra. Ex eadem ratione utique Homicidium proditorium fuit non ita pridem factum, dum aliquis à quodam Domino peregrino mercede conductus, ut ei viam ad certum locum monstraret, conductorem suum in sylva, spe prædæ occidit. Simile discurrere de omnibus aliis ex aliqua ratione ad amicitiam, aut fidelitatem illius, quem occidunt, obligatis.

III. Omnes illos homicidas proditorios esse, qui 127 etiam ad amicitiam specialiter non obligentur, nec amici sint, eam tamen specialiter simulant, sicutque sub specie, aut signis amicitie occidunt.

IV. Esse homicidas proditorios, qui inimicum 128 jam reconciliatum, vel cui fides de non offendendo data est, nullà novâ inimicitia aut rixâ emergente occidit, prout bene docet Farinacius lib. 2. Consult. 168. n. 75. Cartel. de Immunitate lib. 1. q. 25. Haunoldus lo. cit. n. 216. Pignatelli. Tom. 1. Consult. 102. per totam, ubi rem egregiè probat, & dicit ita sentire verè omnes tum Juristas, tum Theologos, quamvis dein Tom. 9. Consult. 5. n. 3. & Consult. 18. n. 26. immemor præcedentis doctrinæ contrarium videatur manutenere, De bene, & alii communiter contra Dianam p. 4. tr. 1. Resolut. 33. & paucos alios. Ratio est; quia tunc verè sub specie amicitie, quam promissit, vel simulavit, consequenter proditorie occidit, per dicta n. præced. Notandum tamen cum Pignatelli. Tom. 6. Consult. 18. n. 26. citante plures alios, ad inducendam reconciliationem, aut injuriæ remissionem non sufficere communes salutationes, colloquia, convivia, si ad hæc non spontè, ac motu proprio, sed ex quadam honestatis necessitate, vel casuali interventu in domo aliena, vel societate aliorum deveniant est.

Inferitur e contra Homicidium proditorium non esse 129 se, quòd committitur præcedente irâ, indignatione, inimicitia, rixâ, verborum contentione &c. Doctores n. 116. citati. Et quia saltem unum ex his semper in duello accidit, idèd in hoc occidens non est proditorius, sed gaudet Ayllo, five aliis amicis fuerit, five inimicus, qui occidit. Pignatelli. Tom. 9. Consult. 18. n. 35. Farinacius in Appendice de Immunitate, cap. 7. n. 17. & alii communiter.

V. Crimen exceptum Ayllo privans est Assassinium 130 nium. Omnes, ob expressam Dispositionem Gregorianam, Cùm aliis. §. 3. ibi: Si fuerint Assassinii Rei. Concordat c. 1. de Homicid. in 6. circa hoc Crimen. Quæritur H. Quid sit, & dicatur Assassinium? 131 & quomodo veniant nomine Assassinorum? Item que requirantur ad hoc, ut Ayllo priventur? Resp. L. Crimen Assassinium est, & dicitur, quando pro pecunia, aut alia re pretio æstimabili accepta, vel promissa committitur homicidium. Assassinii verò sunt & dicuntur tam illi, qui pretio conducti alium occidunt, quàm qui pretium dant, aut promittunt, ut homicidium committatur. Ita DD. communiter arg. c. 1. de Homicidio, in 6. quamvis enim olim Assassinorum nomine soli venerint certi quidam infideles ad occidendos Christianos destinati, de quibus etiam loqui videtur cit. c. 1. de Homicid. in 6. tamen hodie ex communi sensu DD. & consuetudine quæ est optima Legum interpres, c. Cùm dilectus de Consuetud. venit quisvis, five fidelis, five infidelis, isque tam pretio conducens, quàm conductus ad occidendum, ut videtur est apud Farinacium de Immunitate, g. 8. n. 110. & n. 128.

Resp. II. Ad hoc, ut Assassinii priventur Ayllo 132 plura requirantur. Veluti 1. Ut effectus, id est, mors actu fit secutus: hinc Immunitate gaudet tam conducens, quàm conductus, si ex vulnere, vel alio actu ad occidendum positò læsus non moritur.